

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Casparus Rupertus Johannes Stegemann

Disputationum Logicarum Prima De Natura Et Constitutione Logices

Rostochii: Myliandrus, 1603

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729072371>

Druck Freier  Zugang



F. C. Rüpertus,
R. U. phil. 1603.

DISPUTATIONUM LOGICARUM
PRIMA *2lx.*
DE
NATURA ET
Constitutione Logices.

quam

Divina Auxiliante gratia ,

De consensu amplissimæ facultatis Philosophi-
cæ in celeberrima rosarum Academia

Sub Præsidio

Humanissimi et Doctissimi viri,

Dn. M. IOANNIS CASPARI RV.
PERTI Heringensis.

Defendere adlaborabit

IOANNES STEGEMANNVS
Lenzensis March.

Fiet disputatio 16. Iulij hora 5' loco
consuetis.

or se

2lx
ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri, Anno 1603.

AMPLISSIMIS CONSUL-
TISSIMIS ET PRUDENTIS-
SIMIS VIRIS, DN. CONSULIBVS
& Senatoribus Reipub. Leontinæ, præ-
stantissimis ac dignissimis.

Dominis Patronis & promotoribus ex a-
mussim optimis perpetim honorandis
colendis & observandis.

*Hacce theses de Constitutione & Natura
Logices in sempiterna gratitudinis be-
neficiorum & memoria symbolum*

Officiorē

dicat dedicat consecratq;

Joannes Stegemannus Lenzensis
Respondens.



Thesis I.

ETiam si Logici non es^t de Philosophia disputare, tamen cum Logica instrumentum universa Philosophiae sit, non noctuas athenas mittere abitamus, si præmittamus nostræ discipline, naturam & cognitionem Philosophiae, ejusdem partium & specierum.

II.

Quidam definiunt Philosophiam, quod sit studium sapientie, qua cum sit definitio nominis, non rei, in ea mens nostra non acquiescit.

III.

Vera tamen cognoscitur ex subjectis, uti Medicina qua definitur Ars conservans sanitatem in corpore humano, Iurisprudentia, Divinarum humanarumq^{ue} rerum notitia, justiq^{ue} & injusti scientia.

III.

Sic nobis integrum erit definire Philosophiam genere doctrinæ, propterea, quod uti homo nudus corpore ita anima prodit, instar tabula rasa, inqua eum nihil scriptum sit, scribi tamen quidvis posse, deinde ex consideratione & subjecto omnium rerum tam contemplativarum quam agibilium quod sit doctrina qua cognoscimus ea, que Deus in hac vita nobis vel ad contemplandum vel ad agendum proposuit.

V.

Vnde ex duplice istarum rerum considerationem puta Theoreticarum & practicarum duo fines resultant nimurum Geometria regiæ & æquæ, illa lò γνωσικὸν hac ἐργατικὸν perficit; Vnde pro duplice animi imperfectione duas Philosophiae partes Theoreticam & practicam statuimus.

VI.

Priori Philosophiae annumerantur, Metaphysica qua conderat. Ens qua : Ens. Physica qua considerat corpus naturale qua

motui & corruptioni est obnoxium. Mathesis quæ in quantitate, e-
jusdemq; affectibus & speciebus occupata est.

VII.

Posteriori, quæ acquiescit in actione ad honestatem ex interna
animi motione, prudentis animi auxilio, ut ipsam beatitudinem in
hac vita, quæ summum nostrum bonum est in hac societate com-
paremus, ascribuntur, O Economia, qua rem familiarem informat.
Ethica q; mores singulorū componit. Politicea, q; remp: bene instituendā
& administrandā curant. VII.

De his omnibus etiam si discurrendi & ratiocinandi facultas
euilibet naturaliter insita sit, tamen natura suppetias imploras,
perfectioremq; appetit, ut ars impleat, quod natura deest, puta
Logicam. IX.

Quæ quoniam summe adulterata est, pristinæ integritati ut
reddamus, ne in progressu errare possimus opera precium est. Neq;
Logicam & dialecticam in uno significatu sumimus, sed illam toti
ratiocinandi disciplina, hanc Topicæ parti Logices relinquimus.

X.

Absurdum autem fuerit disciplinis aliud præteranimum, subje-
ctum affingere, quæ nihil aliud sunt quam species & concepsus re-
rū in mente, in qua tria se invicem consequuntur, potentia, disposi-
tio, & habitus, interquæ Logica præcipue reponenda videtur.

XI.

Iam potentia prædicti sunt omnes rustici etiam qui nomen Logi-
ces ne quidem in audierunt, Dispositionem non esse ex ejus imbecil-
itate patet, quam Pacius Doctiss: affectionem vereit, & Gra-
cum & Leonis innuit, quæ facile mobilis, & cito mutabilis est.
Logica vero constans est potentiam operandi constanter disponit,
nec nisi crebris actionibus producitur, quæ omnia declarant Logicas
naturam in habitu consistere.

XII.

Habitus a. animi numerantur quinq; ab Aristotele Intellectus qui
est habitus principiorū, Sapientia quæ est scientia caput, proximè
pro-

prodiens ex principijs simpliciter primis. Prudentia, qua cum recta ratione docet agere secundum virtutes. Ars habitus recta cum ratione effectivus. Scientia, qua docet causam cognoscere, propter quam res est quod illius causa sit, & se aliter habere non possit.

XIII.

Ex singulorum definitionibus manifestum est, quod specie differant, sine puta, subjectis & modis procedendi. Intellectus enim curae habet principia. Sapientia principia & media, Scientia conclusionem, ex subjectum immutabile, necessarium & aeternum, finem speculationem, prudentia solam actionem spectat, sine externo objecto effectivo. Ars obiecto externo effectivo differt a prudentia. Ad neutrum itaque horum pertinere patet.

XIII.

Deinde inter dictos habitus principales non est referenda, quia omnes isti per se expetuntur. Logica vero instrumentum est, nec sui gratia sed alterius expetitur, unde recte inscribitur organon.

XV.

Intellectus insuper principia habet propria, aeterna, & necessaria. Logica vero mutuariis, tantum. Scientia omnium est nobilissima. Logica non scientia est, multo minus nobilitatis quia formulatur reliquis disciplinis, quod ignobilis maximum est indicium. Scientia habet subjectum reale, Logica vero intentionale. Ars operatur vel per habitum corporis vel in subjecto externo. Logica nihil efficit, sed in sola mentis operatione acquiescit.

XVI.

Quare aliud erit Logica inveniendum domicilium quod nobis monstrat Aristoteles 2. Metaphys: cap. 5, inter scientiam & modum sciendi, & 1. Topic. inter probl: Logica quae ad aliud referuntur a speculativis & practicis problematis distinguens: innuit enim aliam adhuc reliqui habituum classem, puta instrumentalium ad quam pertinent Grammatica, Logica, Rhetorica, etiam propterea Omitti 6. Ethic: quod nihil opis & auxiliij praestet ad summum bonum adipiscendum.

A 3

Relin-

XVII.

Relinquitur igitur Logicam habitum esse instrumentalem. an-
tequam autem totam definitionem absolvamus, opera precium est,
ut differentiam specificam adjuvgamus.

XVIII.

In subiecto inveniendo duo requiruntur res considerata & mo-
dus considerandi. Illa instar materie est, hic instar formæ, qui
materierum & disciplinarum distinctionem oppido docet maximi est
momenti, eoq; neglecto summarum & inextricabilem facit confusionem.
Una enim res absq; considerandi modo varijs disciplinis subjicitur.

XIX.

Quod aquæ nobis accidit, in hac nostra disciplina. Omnes res sunt
subjectum Logices, quas humanus intellectus addiscere invenire &
rimari potest, seu ut Melanthon omnes res, de quibus docendi sunt.
homines tanquam res considerata. Sic omnes res Metophys: subje-
ctum sunt, ne tamen instrumentum & famula cum Domina confun-
datur, adhibendus est modus considerandi, quo Logica à Metaphys:
discernitur. Hunc eum in operatricibus disciplinis monstrat finis,
prius define agendum esse ordo doctrinæ monet.

XX.

Finem esse, ad quem omnia disciplinæ membra referuntur
nemo negabit quanquam non inserviant fines nonnullos quoq; sub-
ordinari, tamen mereatur finis nomen maxime supremus & ultimus,
reliqui tantum sunt media tendentia ad fines, quorum determinatio
à fine pender.

XXI.

Quid nam autem illud sit, ad quod in Logica omnia referun-
tur, patet ex hoc discursu. Nomen ut verbum, ut hic incipiamus re-
feruntur ad enunciationes, haec ad syllogismum, hic propter verita-
tem, ita ut veritas sit ultimus finis Logices

XXII.

Porrò discurremus ideo, & syllogismum fabricamus, ut ve-
ritatem antea ignorantiam eruamus. Viciosos igitur statuimus syllo-
gismos in tertia figura universaliter concludentes. In secunda figu-
ra pu-

ra purè affirmantes: In prima minorem negantem, propter falsitatem alias exurgentem nec dantur plures syllogismorum figuram tres.

XXIIII

Statuimus et jam ultimum finem logices veritatem non quatenus formaliter aut in actu signato est, sed veritatis naturam investigantem, prescribit enim Logica modum inveniendi veritatem in qualibet disciplina licet ipsa subjectum in quo veritatem inquirat non habeat.

XXIII.

Patefaciunt autem modum inveniendi veritatem nonnulla instrumenta, quæ in usum logices scripta sunt, quæ vocant philosophi notiones secundas ut à primis distinguantur.

XXV.

Primæ notiones sunt species rerum in intellectu nostro à rebus ipsis - productæ quæ suum objectum formaliter representant.

XXVI.

Notiones secunda sunt conceptus in intellectu nostro à rebus ipsis & ob certum finem primis impressi, ut Grammatica propter artem bene & pure dicendi & scribendi. Rhetorica persuadendi Logica veritatem investigandi.

XXVII.

Quoniam autem Logica veritatem ab aliis secundis conceptibus non elicit & invenit, habent illi rationem mediorum finium seu subalternorum, quod eo magis patet quod ad certum finem proprius accedunt. Provanur in enunciationibus dubijs & obscuris ad syllogismum, tanquam ad ultimum & supremum instrumentum, quod veritatem deficientem immediate attingat & suo discursu prodat. Statuitur itaque Logics internus seu supremus inter eos qui ad veritatis inquisitionem referuntur syllogismus.

XXVIII.

Ex fine determinato integrum est subjectum constituere puta omnem Ens quæ veritas in illo inveniri potest per secundas notiones.

XXIX.

Inde modus considerandi insubjecto patet, quem qui flocci faciunt

ciunt graviter & pueriliter errant. Sic Metaphysica considerat o-
mne, Ens Logica considerat omne Ens, hic si modus considerandi
decesset, unicas subjecti constitueret unitatem scientie. Logica itaq;
considerat. Omne Ens seu omnes res qua. secundis notionibus sub-
sternuntur h. e. qua. in ijs operatur & fabricat veritatem.

XXX.

Nunc optime possumus confidere ex dato subjecto & fine veram
Logices definitionem. Quod sit habitus instrumentalis, ex philosophia
& philosophis genitus qui notiones secundas in conceptibus rerum fin-
git & fabricat, ut sint instrumenta, quibus in omni re verum co-
gnoscatur, & à falso discernatur.

XXXI.

Nos autem hic loquimur de Logica docente, non de uiente qua.
non nisi ratione, differt à scientia.

XXXII.


Tandem tota & universa Logica dividitur in duas partes, com-
munem qua libris prædicabilium, prædicamentorum, propositionum
seu enunciationum & priorum Analyticorum. Ecce propriam qua
libris posteriorum Analyt. Topicorum & de Elencha Sophisticis
absolvuntur.

XXXIII.

Atq; hac integra est totius Logices constitutio ex cuius declara-
tione luce meridiana clarissimus apparet, quanto cum errore &
disciplina detimento Petrus Ramus veram Logices faciem corrup-
tit. Deo Opt. Max: sic honor & laus per innumeros seculorum
decursus.

Corollaria.

1. An justo ordine ex Theoreticis sibi primas vendicet. Metaphysica secundas physica, & ultima Mathematica A.
2. An Theoretica Philosophia sit nobilior practica. A.
3. An Rami Logica sit inscholis docenda & discenda. N.
4. Logice finis propriissimus an sit bene differere. Negamus contra Rami Somnia, & ejus affectarum nugas.



prodiens ex principijs simplicieer primis. Prudentia ratione docet agere secundum virtutes. Ars habratione effectivus. Scientia, que docet causam etiam quam res esse quod illius causa sit, & se aliter habet.

XIII.

Ex singulorum definitionibus manifestum est, ferant, fine puta, subjectis & modis procedendi. curae habet principia. Sapientia principia & medie clusionem, & subjectum immutabile, necessarium nam speculationem, prudentia solam actionem spe objecto effectivo. Ars obiecto externo effectiva. Ad neutrum itaque horum pertinere pacientia.

XIII.

Deinde inter dictos habitus principales nra quia omnes isti per se expetuntur. Logica vero nec sui gratia sed alterius expetitur, unde recte in

XV.

Intellectus insuper principia habet propria, ria. Logica vero mutuatio, tantum. Scientia lissima. Logica non scientia est, multo minus mulatur reliquis disciplinis, quod ignobilitatis indicium. Scientia habet subjectum reale, Logica Ars operatur vel per habitum corporis vel in sua gica nihil efficit, sed in sola mentis operatione ad

XVI.

Quare aliud erit Logices inveniendum demonstrare Aristoteles 2. Metaphys: cap. 5. in diuin sciendi, & 1. Topic. inter probl: Logicas feruntur à speculativis & practicis problematibus enim alias adhuc reliqui habituum classentalium ad quam pertinent Grammatica, eamque propterera Omitte 6. Ethic: quod nihil opis ad summum bonum adipiscendum.

A 3.

